




Index

1. D. Jos. Volckm. Eeckmann de
privilegiis mulierum. 23
2. Eiusdem de jure heredis. 24
3. — de Fidei. 25
4. — de famā. 26
5. — de Jure instituendi. 27
6. — — delictis poena gladii con- 30
7. — — jure venationis. 31
8. — — penitentiā. 32
9. — — eo quod circa dies iustum est 33
10. — — rerum alienatione libera. 34
11. — — studiosorum privilegio. 35
12. — — jure vario. 36
13. — — jurisdictione egypti turbatione 37
14. — — opyestate. 38
15. — — Successione et electione in Imp- 39
16. — — Casibz fortuitis. 40
17. — — Austregis. 41
18. — — comodato. 42
19. — — jure asylozum. 43
20. — — privilegio. 44
21. — — usgribz. 45
22. — — amore. 46

Wd. 66.

22. Ego. de potestate Legum Amegren.
 24. — — — Velli comenris.
 26. — — — etate ego q. iure et privilegio
 27. — — — Augusti.
 28. — — — sequitratione.
 29. — — — obligationum confusione et
 30. — — — resuscitatione.
 31. — — — signorebq.
 31. — — — iure aylorum.
 32. — — — Wuyronab Imp. Germ. Dicasterio
 32. — — — Camerati, Cuius, Kotsurkensi.
 33. — — — varattaria.
 34. — — — iurisdictione ego turbarione
 35. — — — et foro.
 35. de fidei commissis ex causa contrahatio-
 nis per alienationem extra fami-
 liam reserantibq.
 36. — de eo quod iura est circa optionem
 minens dionedi.
 37. — An et quatenus Principes Comites et
 Barones aliiq. S. R. A. Statu in ditio-
 nibq. suis potius dionedi possint.
 38. — de Iureconsulto.
 39. — de primo non dionedi in Ouyflagb.
 40. — Iure dionellano non p. rionedi in
 Registm.

1538

Q. D. F. F. Q. E. J.
EXERCITIUM ACADEMICUM

ex indultu

Magnifici Jſtorum Ordinis in Alma Jenenſi,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI

ATQUE EXCELLENTISSIMI

DN. JOH. VOLK. Beſſmanns/

Jſti & Antecesſoris in hac Salanâ Celebratiſſimi, Conſiliarii Saxonici Graviffimi, Curiae Provincia-
lis, Scabinatus, Facultatis Juridicæ Aſſeſſoris Meritiſſimi, & h. t. De-
cani ſpectabilis. Domini Præceptoris, Promotoris ac Patroni ſui nullo
non filiali amore & honore ſubmiſſè colendi & æta-
tè proſequendi,

EXHIBENS

DISCURSUM JURIDICUM

ad l. 3. §. 2. de Teſt.

DE

F A M A,

quem publicæ Eruditorum diſquiſitioni &
cenſuræ proponit

Heinrich Günther Eulen-Haupt/
Salifſâ-Thuringus, Autor.

In Auditorio Jſtorum

add.

Decembr. Anno M. DC. LXIV.

JENÆ.

È TYPOGRAPHEO JOHANNIS NISII.

Nobilissimo Amplissimo, Consultissimo.

DOMINO

JOHANNI Reucken/

Serenissimi Saxo - Altenburgici Secretario
Intimo & Feudalium Meritissimo.

*Domino Affini Venerando & Mæcenati suo inter
Optimos Maximos Optimo Maximo*

In gratissimæ mentis signum & sui suorumque studiorum
commentationem

*Devotissima mente & manu suam hanc opellam Aca-
demicam offert*

Cliens ejus humillimus

Heinrich Günther Cùlenhaupe
AUTHOR.



JUVANTE DEO.

PRÆAMBULUM.



On dubito, fore, qui hoc meum in §. 1.
stitutum ambitioni tribuent; Imprimis cum oculorum aciem ad primum
Inscriptionis frontispicium conver-
tent, vix deerunt, qui præposteras ex-
cubias agent, & me partu hoc non satis
maturo, vanam gloriolæ cujusdam
auram captare velle, judicabunt; Hi, si exputaverint
cunctos, qui se aliquando Reip. daturi sunt, (nisi velint
esse, & haberi *omnis solida eruditionis inanes, qui cruda stu-*
dia, iratâ justitiâ, in forum propellunt, quod de rabulis, jus
nostrum tanquam cereum nasum habentibus, dicit Nobiliss.
atque Excellent. Dn. Preses, Preceptor & Promotor meus,
plusquam filiali amoris & honoris cultu maectandus, in Præ-
lect. Publ. ad Diff. Exot. I. §. i. quos ibi ex Apul. rogatos vul-
tures, forensia pecora, & vilissima capita salutat;) Hi, in-
quam, si expenderint, cunctos prius solida eruditionis
fundamenta jacere debere in Academiis, aliam fortè mi-
tiores & benigniores concipirent sententiam. Cui ve-
rò, quid magis interviat, quam exercitium publicum,
non invenio. Equidem, cui idem scopus præfixus est,
quam materiam elaborarem, & deinde publico eru-
ditorum commilitonum examini proponerem, ali-
quandiu animi pendens, tandem hanc de FAMA disputa-
tionem conscripsi, opus filii admodum crassi. Cujus

- materiam uti raritas, gravitas, quotidianus fori usus commendavit, sic ab eâdem me dehortata fuit insignis difficultas. Etenim si *Bartolus & Baldus*, at quanti *JCti!* fassentur, se in quæstionibus quibusdam de Fama non audere alterutram *Dd.* sententiam approbare, sed potius eas arbitrio judicis relinquunt, quid ego mihi tribuerem, si promitterem, me solidè dijudicaturum, quæ circa hanc Famæ materiam satis intricatam occurrunt. Quod absit, quin potius ingenuè profitenda imbecillitas, quod Saniores vitio non vertent, contenti conatu & voluntate, ceu canit *Propert.*

*Quod si deficiant vires; audacia ceritè
Laus erit in magnis, & voluisse sat est.*

10. De Famâ, ut pro more in proœmio nonnulla fiat mentio, patet, quando memoriam temporum repetimus prætoriorum, & in antiquitatem inquirimus, illos veteres occæcos erroribus Ethnicis, plus æquo fidei tribuisse ipsi tanquam Deæ, quam mendacem dicere nefas putarunt alii, alii ridentes, in quorum numero *Cato*, hanc superstitionem, ad infimum subsellium detruserunt. Poëtæ ut de aliis Diis & Deabus, ita etiam non una de FAMA sunt commenti, cui jam alas, jam currum tribuunt, junguntque mox *Iridi*, mox *Mercurio*. *vid. Virgil. 4. & 9. Æneid. Ovid. 12. Metam. Hor. 2. O. 7.* Nos hodie meliora edocti, explodimus quidem has ineptias ad puerorum infantium crepundia pertinentes; Colligimus tamen velocitatem Famæ exinde, & quam amplè illa rem vulget, uti applicat *Turn. tom. 2. Oper. Phil. in Poëm. fol. m. 65. vers. 15.* necque planè nihil illam attendimus, utpote quæ cum hominis vita à pari procedit, ita ut non minori, quam ipsa vita, curâ & studio nobis cordi esse debeat, *sec. Gail. 2. obs. 100.*

obs. 100. n. 6. à quo præcedente *num. 5.* crudelis audit, qui
 famam negligit, cumque eâ virtutes. *Tac. 4. A. 38. fin.*
 Quippe quæ (voce, ut honoris synonymon, dextrè ac- 13.
 ceptâ) artes alit, & quâ incendimur ad studia, ex sententia
Cicer. 1. Tusc. quest. pr. quâ ratione, sed malè, operam de-
 dit ille, ut major Princeps fieret, ne ipse minor maneret,
 quod inculcat *Fab. Hercynianus. Proem. Lit. Canc. Hist.*
 Hanc autem nostram famam, seu honorem, non propter 14.
 spem futuri præmii, sed propter merita deferri volumus
 cum *Cic. l. 10. ep. 10. ad fam.* Sed ne hic longius, quam
 par est, progrediar, ad rem, cui pagina destinata est cum 15.
 Deo T. O. M. à quo omnium rerum capienda primor-
 dia, me accingo. Sit igitur

SECTIO I.

Q Vamvis sint, qui volunt verborum adeò accura- 1.
 tam curam non esse habendam, quibus subscribit Etymolo-
 Plato, teste Galeno l. 4. de util. part. c. 13. Si nomina, gia.
 dicens, *neglexerimus, magis divites prudentiâ ad*
senectutem perveniemus. Attamen nos more hodie usita- 2.
 to, in naturam famæ inquiremus, sequentes exemplum
Ulp. l. 1. pr. de J & J. Cum nomina sint signa formas rerum 3.
 experimentia, & quod vult *Arist. de Interpr. definitiones*
quedam brevissima. Non igitur malè quicumque fuit, à fan- 4.
 do derivavit, utpote quæ fando quasi pervolat hominum
 aures & ora, strenuèque totas urbes discurret. *Curt. l. 4.*
c. 1. discurrendo omnia in majus vulgans. *Tac. 3. A. 24.* ut
 non inconcinne ab *Ovid. 2. Pont. el. 9.* titulò loquacis
 insigniatur. Admodum variam hujus acceptionem for- 5.
 san nullus observaverit, nisi quod communi loquendi Homony-
 mia.

A 3

usu

- usu pro opinione multitudinis voce manifestata sumatur, quo pacto cum rumore coincidit, Poëtis Dea sit, Politicis existimatio cujusque vel hominis, vel regionis apud exterar, JCtis consensus & clamor majoris partis viciniae, originem trahens à personis fide dignis, quo passu toto
6. cœlo à rumore differt & propriè est hujus loci; Vocatur, *Synonymia* si synonyma adnectenda sunt, existimatio, clamor populi, & clamosa insinuatio &c. *c. inquisitionis. 21. de Accus.*
7. Græcis est *Φήμη*, nostris conterraneis, das gemeine Geschrey / der gemeine Ruff / Rede oder Sage / das gemeine
8. Gerüchte / it. eines ieden gut- oder böser Eymuth. *Definitio.* tiones Famæ varias Autores tradunt. *Schard. Lex. Jur. voce*
- mes.* *Fama ex Callistrato in l. penult. de var. & extraord. cogn.* hanc habet: *Fama est dignitatis illa & status, legibus ac moribus comprobatus, quam etiam approbat Wes. Parat. de b. qui not. inf. n. 1. Barth. l. 10. de quest. Fama est communis*
9. *opinio voce manifestata ex suspitione proveniens, cum quo consentit Ferrar. Pract. sub rubr. form. pos. act. §. item*
10. *quod. num. 3. Fichard. tom. 2. conf. 50. n. 3. Fama id dicitur, quod à majori parte personarum publicè dicitur. Lag.*
11. *Metb. Jur. Civ. pag. mibi. 661. definit, sermonem vulgatum*
12. *aliqua de re in vulgus sparsum; Plures colligit Freber. tr. de Fam. l. 1. c. 1. n. 2. quas hic adjicere brevitatis gratia*
13. *superfedemus, visuri, quæ ex his palatui nostro sapiat, quæ minus. Quod tamen ita accipi velim, ne alias rejicientes & nostram tanquam ingeniosiores & perfectiores prædicantes videamur. Ideoque considerabimus*
14. *quid desiderandum in definitione Callistrati, quæ certè*
15. *speciei, non generis est. Congruit enim tantum famæ bonæ, cujus tamen vocabulum μέγας est, ut doli & veneni &c. quemadmodum etiam famosus tam in malam quam*
- bo.

bonam partem accipitur, quod apparet ex *Tacit. Plin. & Plaut.* vid. *Nobilissimum atque Excellentissimum Dn. Praesidem, Praelect. Publ. Diff. 3. tb. 8. latius Freb. l. 2. de Fam. c. 10. num. 7.* Bartoli Definitio potius rumoris quam famæ. 16.
 Nam ex solâ suspitione, quæ, ut vulgò circumfertur, 17.
 in bonum virum non cadit, & plerumque falsa insontes
 tangit, fama cenferi non debet. Eadem enim est res non 18.
 modici præjudicii. *Fichardus* quidem ad rem propius ac- 19.
 cedit, sed ob omissionem capitis depictum corpus non
 arridet, quia de authore tacet. Sit igitur fama, ut defini- 20.
 tionem clariorem seu potius descriptionem tradam: 21.
 Opinio constans vicinîæ plurium seu majoris vel potio-
 ris partis, de facto vel homine, originem trahens à perso- 22.
 nis fide dignis. Dixi famam esse opinionem de facto vel
 homine, quo ipso secernitur à communi Dd. opinione, Requisite.
 quæ est de jure non aperto à potioribus Dd. approbata
 sententia *Salomon. S. responsa J. de J. N. G. & C.* quo uno
 differunt, in cæteris magnum cognationis vinculum ha-
 bent. *vid. Freb. de Fam. l. ult. c. ult.* Porro dixi esse plurium 23.
 vel majoris partis. Unius enim aut paucorum susurrus, 24.
 isque nec fundatus, qui vulgo nobis venit sub nomine
 novellarum *der neuen Zeitungen und Mährlein*/oriundus
 plerumq; à foemellis & nutricibus vitam mollem vacuam-
 que laboribus agentibus, famam facere nequit, sed po-
 tius rumorem, qui genus probationis non est. c. *super eo*
 quod postulas. s. *de eo. q. cogn. conf. ux. su. vel. spons.* Scitè 25.
Cicer. l. 12. ep. 252. ad Cassium: Nos de Dolabella cotidie,
 quæ volumus, audimus, sed adhuc sine authore, sine capite,
 rumore nuncio. *vid. eund. l. 10. ep. 198. ad Plancum.* Cæte 26.
 rum quod dixi: majoris partis, id cum grano salis est ac-
 cipiendum: Non enim præcisè necessum est, ut omnes
 lippi

- lippi & tonfores de eâ re garriant, quod penè impossibile videtur, modo major pars consentiat. Quod enim ea fecit, pro eò habetur, ac si omnes fecerint. *l. 19. ad Mun. l. 45. C. de Decur. l. 160. §. 1. de R. l.* Cui quot personæ sufficiant, hic forsitan præcisè definiri nequit. Communiter requirunt decem cum Bartholo Ferrar. *Præf. sub rubr. form. poss. act. §. item quod. num. 6. arg. l. 4. de Vibon. rapt. §. 3. & seq. tot enim turbam faciunt. d. §. 3. decem oves gregem.*
27. *l. ult. pr. de Abig.* Sed hæc ratione etiam quinque sufficerent *vid. d. l. ult. imò tres & duo, quin unus, qui universitatem repræsentat. l. 7. f. Q. cuius. univ. v. l. 85. d. V. S.*
28. Cautius igitur arbitrio iudicis committitur. Hoc indubitata est veritatis, fama quò vehementior & constantior, eò nobiliores producit effectus. Ratio, quia major pars melius investigat, & quod à pluribus indagatur, melius invenitur. *Gail. 1. O. 153. n. 5. & per ampliores homines perfecta veritas relevatur. l. ult. C. de Fideic. faciliusque invenitur, quod à pluribus quæritur. can. fin. Dist. 20. Gail. 1. O. 33. num. 3. Integrum est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur. c. prudentiam 21. extr. de offic. & Pot. Jud. Deleg. v. l. 4. pr. d. h. q. not. inf. & ibi God. not. pr. l. 7. d. Jur. Patron. pr. l. un. de offic. Quæst. l. 10. §. 2. de Pact. l. 12. §. 17. de Instr. vel. Instr. leg. c. 27. V. cum enim extr. d. V. S. pr. Instr. d. her. Instr. l. 3. §. 6. d. Lib. & Possib. her. Instr. l. 1. §. 3. de Usufr. ad cresc. l. 23. §. 2. de Excus. tut. l. 3. §. 18. de Acq. vel. am. Poss. l. 1. §. 5. eod. l. 13. §. fin. de Inj. l. 3. §. 30. de acq. vel. om. her. l. 1. C. de Test. l. 7. pr. de Cond. & Demonstr. l. ult. §. 3. d. V. O.*
29. Verbo: *potioris*, non tribuo nihil qualitati personarum, quod perpetuum est in jure. *l. 1. §. 3. de Ventr. Insp. l. 12. §. 5. l. 14. §. 6. de Rel. & sumt. fun. l. 60. l. 69. §. 4. fin. de Jure Dot.* Nam fama potiorum personarum,

narum, qui aliquo honoris & dignitatis insigni præmi-
 nent, majoris ponderis est, quam hominum infimi subse-
 lli *arg. l. 10. v. Papinian. C. de Cond. indeb.* Modo allegent
 etiam suas rationes; nam iudex perspicax non imitatur
 grues, qui prævolantem sequuntur, & nec movetur solâ
 dicentis autoritate, contentus quid dicatur; cum et-
 iam simplicitas sit legibus amica. *Schneid. Instit. de Fideic.
 Hered. §. 18.* Non enim pergendum qua itur, sed quâ
 eundum, ad exempl. *Innoc. III. c. coram dilecto. 25. extr. de
 Elect. verb. que majori & saniori parti*, quia nihil veritati
 præjudicat. Porro requirimus, ut fama originem trahat
 à personis honestis & fide dignis; *Dasß solcher Leu-
 Muth nicht von Feinden oder leichtfertigen / sondern
 von unpartheilichen / ehrlichen Leuten komme. Carol. V.
 Const. Cr. c. 25. Eich. tom. 2. Conf. 53. num. 2. ubi negat, pro fa-
 ma haberi, quod duo Marpurgum advenientes inter po-
 cula retulerant. Melander Resol. Quæst. 2. de Sag. Beust. ad
 l. admonendi. n. 181. & num. 1118. Treutl. Vol. 2. Disß. 31. th. 2.
 Mund. Conf. & Dd. Commun.* Casus tamen in l. 3. C. de
 Naufrag. l. 11. habetur, ubi vilitas personarum non atten-
 ditur; Nam ibidem homines, alias ab omni honestate re-
 moti, deponunt de obruta & fluctibus submersâ navi,
 quod generaliter obtinet, quoties alii testes haberi non
 possunt. *arg. l. 19. d. Prob. & Pres.* Hic quoties substrata
 materia est turpis, fama à turpibus personis orta est legiti-
 ma, ut si aleator, falsis instrumentis lusoriis utendo me-
 pecunia emunxit, ejusdem farinae homines deponere
 possunt, eum in hoc puncto esse famolum
Freb. l. 1. de Fam. c. 3. n. 11.

B

Se-

SECTIO II.

Origines;

- Hic non abs re erit, origines famæ adnectere; Origines enim in quavis re & facto intentioribus mentis oculis est inspicienda. *l. 8. pr. Mand. l. 12. de Sct. Maced. l. 1. §. 13. & §. 30. de pos. l. 58. §. 2. pro soc.* tanquam potissima pars, sine qua illotis manibus incipi judicat *Gajus in l. 1. de Orig. Jur.*
2. Necesse est igitur, fama ut oriatur aut ex relatione & assertione aliquarum personarum, cujus exemplum habetur in *Cicerone ad fam. ep. 252.* quando scilicet unus alteri aliquid refert, hic iterum obvio, donec sermo totas discurrat plateas. Vel ex facto, quando scilicet sunt, qui quendam in actu oculis suis viderunt, ut apud *Curt. l. 4. c. ult. Sveton. Cæs. c. 33.* ubi tamen falsam conceperunt opinionem, quibus facilius erat videre, quam audire Cæsarem. Vel denique ex aliqua fundata conjectura, quæ fama vulgò audit præsumtiva, & est, quando populus ex justa causa aliquid suspicatur; Circa famam ex assertionem notandum, eam non debere esse inflatam ex fictione ejus, qui eam allegat in sui defensionem. *arg. l. 11. §. 12. ad L. Jul. de adult.* Affectata enim excusatione nullum laqueis legum eximi placuit *Imppp. Valent. Theod. & Arcad. l. 4. C. de incest. & inut. Nupt.* cum omnis affectatio sit suspecta. *l. 18. §. 1. ad L. Corn. de Fals.* Vide tamen *Ferrar. Pract. sub rubr. form. posit. act. §. item quod. n. 5.* Porro hæc nec ab adversario ejus, contra quem allegatur, sit procurata. *arg. c. repellantur. 7. x. d. Accus.* facile quippe mentiuntur. *l. 4. §. 4. de Quæst. l. 3. pr. de Test.* repellunturque à legibus à testimonio *l. 17. C. cod.* ob suspicionem vindictæ. *Hill. Don. Enucl. lit. C. Wurms. l. 1. tit. 18. O. 12. n. 1.* vide tamen *Gothofred. ad all. l. juncta Nov. 90. c. 7.* Consule etiam *Const. Carol.*

rol. 25. §. Doch soll solcher. & Ungepaur. ad tit. de Excus.
 Nec denique à corruptis, aut aliquam lucri spem exinde 7.
 captantibus, quibus & parentes includo. *c. Osus. 2. x. de*
Elect. Infama ex facto orta cessat, quod supra adnotavi 8.
 mus de qualitate personarum, ut ita non tam personæ,
 quam actus respiciantur. *Freb. l. 1. de fam. c. 3. n. 12.* Hu- 9.
 jus exemplum possunt esse furta manifesta, quorum duo
 venustè sibi obijciunt Pastores apud *Virg. Eccl. 3.* Nam sic
 Damoetas *vers. 8.*

Novimus & qui te, trans versa tuentibus hircis,
Et quò, sed faciles Nymphæ rîsere, sacello,
Cui ille vers. 17.

Non ego te vidi Demonis, pessime, caprum
Excipere insidiis, multum latrante Lycisca,
Et cum clamarem: quò nunc se proripit ille?
 Nam ex alicujus fuga, & alterius subsecutione cum clamo-
 re talis fama oriri solet. *Cuj. 11. Obs. 38.* Famam ex suspi- 10.
 cione s. præsumtivam sæpenumerò causat post factum, ut
 si aliquis offenditur cum rebus interfecti, tunc populus
 justè hunc suspicatur interfectorem. Præter divisiones 11.
 ex origine depromtas, Interpretes dispescunt famam in
 nudam & vestitam; juris, de quâ tractamus, & nominis, quæ
 huc non pertinet; bonam & malam; ad personam & rem
 relatam; spuriam & legitimam.

SECTIO III.

Fama bona in *l. 5. §. 1. de var. & extraord. cogn. defi-* 1.
nitur: Dignitatis illesa status, legibus ac moribus comproba-
tus, ex quibus facillè colligitur famam malam esse dignita-
tis laesæ statum legibus. ac moribus reprobatur, voce dignita-
tis latè acceptâ pro conditione cujusque personæ, quâ quis
 B 2 non

- non indignus iis rebus, quæ in suo cuique ordine tribu-
untur, *Hillig. Don. Enucl. p. 2. c. 6. lit. E. & seq.* quam com-
muniter infamiam nominare amant. Ego hic malam
famam ab infamia separatam volo, & per eam significa-
bo, *celebritatem, quæ in multis nefariis actibus aliquem su-*
spectum fecit. cum *Frech. l. 3. de infam. c. 3. n. 1. & 2.* Pro
existimatione, quâ *Ciceroni epist. ad familiar.* nihil fuit an-
tiquius, quam *Agessilaus* opulentissimo præposuit regno
Nep. ej. vit. quamque omnes probi plus quam oculos a-
mant. *Hillig. l. c. lit. A. not.* conservandâ quisque remis
velisque laborare debet, quin mori. *Hillig. Don. Enucl. p. 2.
l. 15. c. 38. lit. L. not.* non obstante, quod leviusculi aliquan-
do ejus rationem non habeant, ut in *l. 35. de Injur.* quip-
pe honestores longè aliam ferunt sententiam censentes
eam cum vitâ pari passu ambulare, & omni lucro præfe-
rendam esse. *Schneid. ad S. pæn. l. de pæn. temer. lit. l. 8. S.
2. q. met. c. Non. obst. l. 7. pr. eod. vid. Gothofr. not. ad l. 9. pr.
de Man. testam. Gail. 1. O. 10. n. 2.* quod tamen eleganter
limitantem *vid. Carpz. Jurispr. For. p. 4. C. 10. Def. 6. per
tot.* Notatu hic dignissimum est illud *Bl. l. unic. C. de con-
fess.* quod refert *Pingiz. Quæst. Sax. 55. n. 10.* qui videatur,
ut & *Gail. 2. O. 100. Magnif. Dn. Richter* | *Præceptor noster*
honoratissimus, Cent. Reg. 39. per tot. ubi honoris causâ non
obedientem excusari tradit, nec minus virginem violen-
tum stupratorem interficientem, ex *Const. Car. 142. n. 5. &
6. Beust. ad l. admonendi. n. 1088.* Hujus favore semper
pro eâ præsumitur, etiamsi pauciores quam pro malâ te-
stes deponant, & aliquæ, sed leves, conjecturæ sint in con-
trarium. *Meland. Quæst. Prac. Resolut. 3. cum ibi allegatis.*
5. Quia nemo censetur delinquere. *arg. l. 51. ff. pro soc.* Cef-
6. sat tamen, si allegatur ut fundamentum intentionis, seu
causa

causa inductivæ plena probationis. *Freb. l. 2. de exist. c. 3. n. ult.* Probatur autem facilè, non tantum per testes, eos-
 que singulares, sed etiam per cognatos juratò deponen-
 tes. *Id. l. 2. de Fam. c. 10. n. 13. 14. 15.* Propter hanc num vi-
 cto litigatori expensæ remittantur, non inconcinnè hic
 quaritur; quod contrà plures alios cum *Marg. Freber. l. 2. de Exist. c. 6. n. 30. Hillig. Not. ad Donell. Enucl. l. 26. c. 3.* infici-
 as imus. Etenim præsumitur justissimum quemque,
 ubi causa litigandi non apparet, calumniandi animo li-
 tem movisse, idque præsumptione juris maximè urgente,
 per *Barth. l. 1. pr. n. 6. ad Sct. Turpill.* cum cæteris, quos re-
 fert & sequitur *Freb. c. l.* aut certè ad minimum temerè
 egisse, quæ ipsa temeritas eum condemnat in expensas,
 etiamsi calumnia non adsit. *l. 79. de Judic. Freb. l. c.* cum
 ibi *all. Dd.* Ex quibus etiam colligo, actori, ut ut famæ sit
 integræ, nihilominus juramentum calumniæ offeren-
 dum. Cæterum tollit fama generalis indicia specia-
 lia. *Roxb. Proc. Crim. tit. 5. c. 3.* annullando præsumtio-
 nes. *Freb. d. l. n. 31.* Non sinit reum torturæ subijci. *Roxb.*
bach d. l. n. 9. quod verò quidam restringunt ad torturam
 gravem, à quibus *arg. l. 10. §. 5. de Quest.* recedimus, mo-
 dò ultrà famam non accedant alia indicia. *Freb. l. 2. de*
fam. n. 22. & seq. Sic inquisitio statim corrui, si probe-
 tur inquisiti vitæ ante actæ probitas; Nam credulita-
 tem de ejus innocentia inducit. *l. 5. §. 6. de R. M. Freb. d. l.*
n. 32. Quemadmodum etiam talis, si nimîa ebrietate,
 occœcatus, aut artibus magicis inductus adulterium com-
 misit, sopitâ poenâ ordinariâ, arbitrariè punitur. *Dn. Pre-*
ceptor D. Richter. Decis. 88. n. 64. Non admittuntur con-
 trà hominem benè audientem, testes, quibus vitæ antea-
 ctæ improbitas aliquam maculam inussit, imò nec contrà

Judaum integræ, Judæus contrariæ opinionis, ceu ostendit *Freb. d. l. n. 34.* ubi ex *Macrobii l. 2. Saturn. c. 4.* adjicit per quam scitè cujusdam R. equitis dictum: *Posthac, Caesar, cum de honestis hominibus inquiris, honestis mandato.*

16. Nam præsumptio pro eo militat, cui apertissimæ probationes opponendæ. *l. ult. pr. q. met. c. & suspicionem cessare facit. Tirag. Retract. Convent. n. 32.* Ex personis hominum dicta & facta pensanda. *l. un. G. si quis Imp. maled.*
17. *l. ult. de O. & A.* Sanè apud priscos eò deventum erat, ut quorum virtus perspecta erat populo, eis absque periculo vadimonium sistere ingratus vix poterat, quod usu venit Lamestio, cujus procacitatem complures, quum amore Timoleontis ducti corruissent, referente *Nep. Vit. Tim. c. 5.* manibus coercere conabantur. Hoc verò, ne fieret, probissimus Timoleon oratione suâ impetrat; *Id.* ait, ut Lamestio caterisque liceret, se maximos labores, summaque adiisse pericula; hanc enim speciem libertatis esse, si omnibus, quod quisque vellet, legibus experiri liceret. Rarus nostro seculo Timoleon, innumerabiles manipuli Lamestiorum; sed ad rem. Severius in omni delicto famosi, quam integræ famæ homines puniuntur. *l. 28. §. ult. de Pæn. l. 3. §. 12. de R. M. ibi: inspecto vitæ ejus præcedentis actu. l. 5. pr. eod. ibi: habetur ratio antea vitæ. Gail. l. 2. de P. P. c. 9. n. 24.* Pœnam scilicet judice mitigante. *l. 13. §. 7. de his qui not. inf.* perspiciendo quidem ne quid durius aut lenius constituatur, sed pronior ad lenitatem. *l. 11. per tot. de Pæn. Gail. 2. O. 110. n. 43.* Quod majores magistratus propriâ auctoritate faciunt, minores consultò & ratihabente Principe. *Id. 2. PP. c. 9. n. 22.* Causam, cur remissius procedatur, etiamsi sint, qui volunt necessum esse, ut in sententiâ exprimatur specialiter, attamen cum Andrea

dreâ Gailio, à diuturno assiduoque rerum usu peritissimo
 sentimus, sufficere generalitatem, judiciale scilicet mode-
 ramen factum esse ex causis, animum judicis moventibus.
d. l. n. 23. quod etiam observatur in Camerâ, ceu patet ex
 formula, quam habet *num. 21.* In der Land-Fried-brüchigen 22.
 Sachen D. Elâgern wider C. Beklagten / ist allem Fürs
 bringen nach zu Recht erkant/das aus bewegenden Ur-
 sachen gedachter Beklagter in die gemeine Pœn des Land-
 Friedens/nemlich der Acht/nicht/sondern umb seine angezo-
 gene und geübte Unterhandlung willen dem Keyserlichen fi-
 sco, und ermeltem Klâger in eine Geld-Pœn/ die auff N.
 Mark löstiges Goldes gemâßiget/zu erklären und zu ver-
 dammen sey/ Darin &c. quod generaliter obtinet. Vi- 23.
 des ergô, quanti existimatio sit facienda. Namque & æ- 24.
 quitas Canonica semper respicit probitatem vitæ *c. Lug-*
dunensis. 9. 2. 3. c. Si qui à Simoniâcis. 1. 2. 1. ibi: si tamen eos
laudabilis vita commendat. vid. l. 2. tot. C. de his qui ven. æ-
rit. Fulsus hoc *Tiraq. de Pœn. c. 52. per tot.* ubi hoc benefi- 25.
 cium etiam communicat iis, quorum majores præclaris
 de Rep. facinoribus illustres fuerunt, nisi enormia sint
 eorum delicta. Hic non abs re adnectimus, favorem 26.
 existimationis se quoque extendere ad matrimonialia-
arg. l. 60. §. 69. S. 4. de Jur. dot. l. 28. C. de Episc. aud. l. 25. C. de
Nupt. ibi: tam opinione personæ. Ex quibus infero, largio-
 rem dotem mereri, quos dignitas & existimatio com-
 mendat. Discant etiam Parentes & Curatores, nuptiis fi- 27.
 liarum & curandarum tali casu minimè obstaculo esse,
 quin potius eas promovere, ad exemplum senis apud *Te-*
rent. Andr. A. 1. Sc. 1. qui fama impulsus Pamphili, ultrô
 Chremetem convenit, Filioque cum summâ dote uni-
 cam gnatam offert. Aliàs si forte contingit, ut, crescen- 28.
 tibus

- tibus annis, filia in corpus suum peccet, illi negligentes
 29. hoc sibi imputare debent. *Nov. 115. c. 3. n. 11.* Modò non
 palam turpiter, & cum flagitiosà fœditate vivat. *l. 19. de
 inoff. testam.* quo casu, nisi ad pœnitentiam convertitur,
 30. nec ali, nec dotari debet. *Wurms. l. 1. tit. 37. O. 8.* Sed prohi-
 dolor! fatali ingeniorum scabie eò deventum est, ut filias
 elocaturi

Protinus ad censum, de moribus ultima fiat

Quæstio

31. quod conqueritur *Gail. 2. O. 95. n. 21.* Verumenimverò
 satis iniquum est, in tantò bonorum virorum desiderio
 subdivitiis colere improbitatē; cum probitas plerisq; cau-
 sa paupertatis sit, quod expertus est Abdolonymus apud
Curt. l. 4. c. 1. quò sit, ut horum magnitudinem animi res
 exiles etsi non frangant, imminuant tamen. *Nep. Eum.*
 rariq; sint, qui cum Biante Patriam, Prienem, linquente;
 & cum concivibus fugiente, se omnia secum portare glo-
 rientur, relictis illis ludibriis fortunæ commutabilibus
 pecuniæ membris, quæ sola nomine bona veneranda an-
 tiquitas putavit appellanda, re & factis longè aliter judi-
 32. cans. *Cic. parad. pag. mibi 117.* Et certè hoc nec nostra ju-
 ra silentio involvunt. *l. 18. C. de Nupt. l. 28. C. de Episc. aud.*
l. 46. de V. S. l. 42. de Rit. Nupt. l. 12. de Spons. l. 15. de Condit.
 33. *Instit. vid. Gail. l. c. ad f.* quorum vigore ex hodierni juris
 observantia opifici inculpatæ existimationis mulier, præ-
 nobili stemmatis equestrique dignitate eminens, nubere
 potest, juxtà decisum Scabinorum Wittebergen sium, qui
 pronunciarunt contrà matrem mulieris dissentientem:
 34. Da die Mutter keine andere Ursache ihres nicht Willigens
 un Disserts vorzuwenden hätte/dann daß ihr nicht einer von
 Adel/und also ihrer Tochter/mit der ihr euch verlobet/niche
 eben=

eben büdlig / sondern ein ehrlicher Hand-Wercks-Mann /
 so were auch solche Ursach zu Hinderziehung der hochbe-
 feurten Ehe-Gelöbniß nicht genugsam. *Georg. Beat. Cent.*
Sent. Def. Sax. de Matr. p. 1. c. 21. Sed ad ceteros existi-
 mationis effectus. Excusant LL. illum, qui inductus fal- 35.
 laciis alicujus, quem integra antea actæ vitæ opinio com-
 mendavit, decipitur. Exempla habes in *pr. l. 21. d. R. V.*
ibi: nam si integræ opinionis fuerit, absolvendus est Posses-
for. l. 15. §. 44. de Injur. l. 23. fin. de R. I. ibi: fuga servorum,
qui custodiri non solent. Ex quibus textibus infero, ho- 36.
 minem probabili vitâ conspicuum, nec vinciri, nec cu-
 stodiri debere, de quò unâ cum ceteris effectibus con-
 sul. *Marq. Freb. d. Exist. l. 2. c. 6.* quò delegamus studiosos
 hujus materiæ brevitatis ergò. Cessat hujus favor ob in- 38.
 teresse Reip. cujus causa multa conceduntur alias illicita.
Gail. 2. O. 32. num. 7. & id æquisimè. Etenim in materiis 39.
 sub quibus utilitas publica versatur de apicibus juris non
 disputandum. *l. 5. circa f. ad L. Aquil. Gail. l. 2. O. 56. n. 3.*
 4. Ut & ob arduitatē negotii, & grande aliorum præ- 40.
 judicium, quæ qualitatem personarum non attendunt.
l. 7. verb. cujuscunque dignitatis. C. de Exact. Trib. Consule
 eleganter ex *Barth. & Fel. differentem Freb. l. 2. de Exist.*
c. 6. n. ult. & l. 2. de Fam. c. 10. n. 16. 17

SECTIO IV.

Contrariatur huic estimationi fama mala innu- 1.
 merabilia habens odia, quæ magnam partem patent ex
 iis, quæ dicta sunt supra de favore opinionis integræ; posi-
 to enim uno contrariorum facile intelligitur alterius ne-
 gotio. *arg. pr. Instit. de h. q. f. v. al. jur.* Quâ de re ob rem 2.
 vilem non præsumenda, etiamsi numero plures, quam de
 bona

C

- bona deponant testes, hoc enim natura magis consentaneum per ea, quæ docet cum. *alleg. Dd. Freb. l. 2. de Fam. c. 10. n. 30.* Sed benè probanda, quo facto excusor si de crimine, quod publicè interest sciri, male audientem convitii causâ infamavi, etiam si non probaverim esse, quod per famam circumfertur. *Dn. Carpz. Jurispr. For. P. 4. Constit. 42. D. 2. n. 1. seq.* Regulariter per pauciores, quam duos testes probari nequit. *d. l. n. 29.* nisi quæ persona talem suspicionem inducat animis vulgi præsumptionibus legitimis, quæ habentur. *Const. Car. 25.* vel crebris flagitiis atrox & famosa facta sit, ut in *l. 3. §. 1. n. de offic. Præs. Vigil. l. 28. §. 15. de Pæn.* ubi Callistratus pœnam constituit in famosos latrones, qui Godofr. ibi nomine Græco *ῥητορὶ καὶ* vocantur, deren viele Uebel Thaten ruchbar worden. Pœnam dixi constituere Callistratum, eamq; acerbiozem, ceu multa alias duriora in horum virorum odium admittuntur. Nam Præsides provinciæ etiam si, tum provinciam exceßerint, privati sint, nec Imperium habeant, nisi in suæ Provinciæ incolas. *l. 3. pr. de offic. Præs.* unde est, quod extrâ territorium jus dicenti
6. impunè non paretur. *l. ult. de Jurisd.* In latrones tamen & latrocinii suspectos imperium suum, sine respectu loci exercere. *d. l. 3. f. & pœnam exaggerare possunt. l. 28.*
 7. *§. penult. & ult. de Pæn.* Idem est in dilatione feriarum, quæ regulariter omnibus præest. *l. omnes. 7. C. de Fer. & ibi: Habn. Bach. cum Dd. Comm.* Impp. tamen Honorius & Theodosius facillimè in hoc sperant summi numinis veniam, si in horum quæstionibus ne venerabilem quidem Paschatos diem excipiant Præsides Provinciæ. *l. 10. C. d. t. quò pacata & quieta sit Provincia. d. l. 13. pr. de offic. Præs.*
 8. Tanto hanc famam nonnulli ptosequuntur odio, ut
copia in

copiam inquisitionis & indiciorum denegent captivo eadem laboranti, cum quibus facit *Guido de Suza & Gand.* citati *Freb. l. 3. de Inf. c. 3. n. 5.* imò potius gradu continuato à captura ad torturam, à torturâ ad executionem procedunt. Moderantur hoc nonnulli ad inquisitionem formatam ex mero officio judicis non ad instantiam alterius. *Freb. d. l. Notschitz. Process. Jur. Part. 2. A. 11. Sect. 2. num. 38.* qui tamen *n. seq.* dicit, quod iudex inquisito defensionem permittere debeat, quod quâ ratione fieri & inquisito de indiciis, & rationibus inquisitionis constare possit, non video. Item distinguunt alii copiam inquisitionis & testium quidem insinuandam, indiciorum, propter quâ torturæ subiciatur, minimè gentium. *Freb. d. l. si que à reo petatur, vel non petatur, de quâ dist. vid. all. Notschitz. d. l. num. 36.* ubi planè videtur in contrarium inclinare. Verùm enim verò quicquid alii re-
 clament, ego tamen à me impetrare non possum, ut hoc credam, existimo potius inquisito, quocunque etiam modo procedatur, inquisitionis, testium, indiciorum & rationum ad torturam procedendi copiam dandam, motus ab *Emerico de Rosbach. Process. Crim. T. 5. c. 10. n. 7.* ubi dicit, hoc quidem in Praxi ita obtinere, (quemadmodum multa alia, quasi per tyrannidem in forum irrepserunt, ut non una vice accuratè differentem audivi *Nobilisf. atq. Excellentiss. Dn. Præsident, Præceptorem & Patronum meum nunquam satis laudandum,* (se autem senio confectum nunquam rationem vel legem pro tali observantiâ invenisse, nec sequi captus est, Ergò torquendus & damnandus. Quid quod talis observantiâ è diametro juri naturali contrariatur? utpotè per quam reo defensio, omni jure licita, adimitur *l. 3. d. I. & I.*

- l. 45. §. 4. ad L. Aquil.* evenire enim potest, ut reus indicia elidere possit, quò minus torturæ subiciatur. *Rosb. n. seq.* puta famam originem trahere à melevolis, suspectis, inhonestis, criminiosis, &c. quo pacto nullum est indicium. *Norschis. l. c. à. 35. ad fin. Mund. 1. Conf. 14. n. 18. Ungep. ad l. 5.*
13. *Decret. tit. 1. num. 25.* Negantes videtur moverel. 1. *C. de Fals. Mon. ibi: facti conscios per tormenta illico proditurum.*
14. Sed respondetur hanc legem non agere de inquisitis ex indiciis, sed quos officiales in ipso facinore deprehenderunt & detulerunt, quod solennia non desiderat. *Bachov. ad Treutl. Dissert. 4. th. 2. verb. in notoriis criminibus. Dns. Hahn. ad Wesenb. tit. de edend. num. 6. verb. Criminalibus.* & omnium elegantissimè tractans. *Gail. 2. P. P. c. 7. num. 7.*
15. *Et seq.* Absurdum porro est ob qualitatem personæ essentialia processus vel contractus mutari. *Bach. d. l. verb. in causis vilium personarum.* Famositatem autem qualitatem personæ esse, quis est, qui negat. Si ergò copia inquisitionis inquisito, aut processus nullus. *Notaschis. c. l. Fichard. T. 2. C. 105. n. 1. c. qualiter de Accus. Et ibi Dd. Comm.* hoc ex Mollero patet, qui est existimationis, & famæ malæ ad jurandum non admitti. *P. 1. Const.*
16. *Elect. c. 16. n. 28.* Caterum, quæ supra diximus de odio hujusfamæ, & quæ ex odio ejus manavit difficili probatione, hoc cessat aliquando, idque præsertim in clandestinis, quæ in obscuro deducuntur in actum, & facile
17. non innotescunt. Ratio, quia actus ejusmodi aliter, quam per famam in propatulum emergere vix possunt, & DEUS T. O. M. in patefaciendis secretè perpetratis facinoribus, hoc potissimum remedio uti voluit, ut orbis tandem ea cognoscat juxta tritum:

Es ist nichts so klein gesponnen:
Endlich kömte es an die Sonnen.

h. 34.

l. 34. C. ad L. Jul. de Adult. l. 5. 58. de R. M. Gail. 2. O. 93. n. 17.
§ 18. Fichard. T. 2. C. 64. Quo passu concurrat modo veri- 18.
 similitudo aliqualis *levissima plenam* fama facit probatio-
 nem. *Freb. l. 1. de Fam. c. 9. n. 1.* ubi huc accommodat fur-
 tum. *n. 4. arg. l. 1. π. de Furt. pr.* cui tamen. *arg. l. merito.*
Pro Soc. subscribere nolim. Et si in *d. l. 1.* furtum à furvo 19.
 derivatur, eò quod plerumque clam & noctu fiat, non
 puto tamen exinde firmam deduci posse consequentiam,
 generaliter furtum esse difficilis probationis, ceu patet ex
 distinctione furti manifesti, & nec manifesti. *§. 3. Institut.*
de Contr. q. ex quas. delict. Probatio adulterii, scortationis 20.
 & similium libidinum propius accedit. *Fich. d. l. num. 1.*
§ seq. Nun sagen nicht allein die Rechts-Gelehrten / son-
 dern bezeuget und giebt auch der gemeine Verstand / daß
 der Ehe-Bruch ganz schwerlich ist zu beweisen / dieweil gut
 zu crachten / und man weiß / daß solche Handel auff's allerge-
 heimest und verschlagenst (wann der Teuffel die Versohnen
 nicht gar besessen und verblendet hat) pflegt zu geschehen. 21.
 Puto igitur, si ex conversatione personarum illicita, &
 actibus suspectis, ut sunt oscula immissio manuum in lo-
 cos secretos, maximè si concurrat testis de visu deponens
 & auditu. *Mund. 1. Conf. 24. n. 60. § seq.* mala in vicinia
 fama sit exorta, hanc inducere probationem. Oscula 22.
 enim dicuntur proxima, & fere immediata præparato-
 ria adulterii. *Fich. d. C. n. 3.* qui *ibidem num. 1.* plura habet,
 Als daß man die beklagte Versohn bey einem Mann oder 23.
 Gefellen im Bette allein / oder auch daraus / oder sonst in
 Winckel schliessen / oder andern verdächtigen Drtthen heim-
 lich beysammen gesehen hat / sonderlich / wann solches mehr-
 mahl geschehen / auch Küssen und Greiffen mit unterge-
 lauffen / daraus ein böser Eymuth bey der Nachbarschaft /
 C 3 oder

- oder auch denen Persohnen/ so in der Ehe-Brecherin Haus
 zeitlich aus- und eingewandert/erschollen. *Wesenb. ad L. Jul.
 de Adult. hoc intelligit de Processu civili, quando scilicet
 agitur tantum ad separationem mensæ & thori, secus de
 criminali, quando controversitur de hominis vita. n. 18.
 quem sequitur Dn. Hahn. not. ad b. l. Freb. l. 1. de Fam. c. 9.*
24. *nam. 11.* Putant enim in causis criminalibus sole meri-
 diano clariores debere esse probationes, nec quandam
 effectum præsumtionum esse, etiam prægnantissimarum,
 ut si nudus cum nudâ solus, cum solâ inventus fuerit,
 consentit *Meier. Colleg. Arg. p. 2. tit. eod. n. 15.* quæ senten-
 tia & mihi arridet. Nam *dict. Fich. Consilium per tot. ul-
 trà separationem mensæ & thori nihil habet. vid. Wesenb.
 & Meier. l. c. Beust. ad l. admonendi de jurej. n. 1211.* nisi sta-
 tuta alicujus loci specialia aliud dicant, quæ valent. *ibid.*
25. *n. 1114. Berl. 1. Concl. 26. num. 90.* Nec obstat, quod habet
Freb. ex Marsf. Conf. 28. num. 5. testes præcisè deponentes
 se vidisse aliquorum veneream conjunctionem esse su-
 spectos, nec quicquam probare, cum ex *all. Wesenb. &
 Meier. ut & Emer. de Rosbach. Proc. Crim. tit. 3. c. 3. n. 17.*
26. contrarium appareat. Etsi enim res in obscuro perpetra-
 tur, præter delinquentium opinionem tamen accidere
 potest, ut aliquis eos offendat, & hoc testimonium acce-
 ptarunt, & secundum id pronunciarunt Lipsienses, hæc
H. E. sein Knecht / der sein Weib mit einem Seegens-
27. *Brieffe zur Liebe soll bewogen haben / bey gedachtem seinem*
Ehe-Weibe im Bette auff wahrhafftiger That der
fleischlichen Werke befunden. Beat. Cent. Sent. Desin. Sax.
28. *de Matrim. P. 2. t. 16.* Quod probant etiam innumeræ hi-
 storiarum mœchorum, quorum nonnulli in ipso actu vitam
29. amisérunt. Acceditque proprius ad naturalem æquita-
 tem

rem non nihil probationes difficultari in Criminalibus :
nam ut dicit *Ulpian. l. 5. pr. π. de Pœnis* satius est relinqui
facinus impunitum nocentis , quam innocentem da-
mnari. *vid. l. 73. ad L. Jul. de Adult. pr.* ibi legit *Gothofr.*
adulterum in uxore suâ deprehensum. c. pratercâ 26. extr. de
Test. c. 12. extr. de Presumpt. Quam tamen rem, quemad- 320
modum aliâs in Ecclesiis reformatis dubio non caret, ita
magis dubiam reddit. *l. 24. Adult. coerc. auct. si quis ei Cod.*
cod. Nov. 117. c. 15. princ. Cautissimus, qui usum fori obser-
vat.

SECTIO V.

Porro distinximus supra famam in nudam & vesti- 1.
tam, seu famam per se & adminiculatam. Quæ epithe- 2.
ta famæ tribuuntur distinctionis, non explicationis gra-
tiâ, quemadmodum etiam in jure nostro, improprie
tamen loquendo, voluntas distingvitur in nudam & non
nudam. *§. 7. pr. 1. de Her. qual. & diff. ut & pacta. l. 7. §. 4.*
de Pact. l. 1. C. de Pact. Convent. & dolus. l. 1. §. 3. de Dol. Mal.
Etiam si *Wesenb. ad tit. de Pact.* hoc explicationis gratiâ 3-
fieri statuat. *n. 2. cujus refutationem. vid. apud Dn. Hahn.*
ad d. l. Wesenb. verb. quæ vox (nudum) epitheton, qui sen-
tit cum. *Bacch. ad Tr. Diss. 6. th. 1. l. E.* Fama nuda est pu- 4-
ra opinio vulgi, cum quâ nullum adminiculum concurrat, &
manet in terminis famæ; vestita, quam aliquod adminicu-
lum & auxilium quasi vestit, quæ aliquo modo terminos fa-
mæ excurrit & excedit. Vestitur autem variè, ut rei in- 5-
terventu, quando scilicet quædam tanquam prægnans su-
specta postmodum enixa est, vel juramento suppletorio,
quando eo adjuvante plenam inducit probationem, aut
etiam fuga rei & verbis assertivis Principis, quæ vestimen-
ta

- ta ex subsequētib; partim, colligere potes partim praxi & cotidianus fori usus docebit. Famæ nudæ & vestitæ effectus in jure, ut sunt Nobiles, ita palmarius est, hoc, quod suprà diximus in puncto adulterii quatenus criminaliter agitur, cessare, id in qualitate meretricia locum habere, eam scilicet per nudam famam, *si non plenè, quod propè statuerem, plus tamen, quam semiplenè* probari.
6. Plurimum tamen momenti habet, quomodo testes de tamâ deponant. Si enim dicunt: *Publice notum esse, quod libenter corporis suis copiam appetentibus faciat*, hoc qualitatem meretriciam non statim involvit; cum numero duorum pluralis locutio sit contenta. *l. 12. de Test. l. 217. §. 1. de V. S.* Sed ob hoc, quod aliqua duobus viris se commiserit, non protinus est meretrix, pecuniâ licet acceptâ, nam hoc parum refert, sed requiritur etiam, ut palam faciat quæstum, sine delectu. *l. 43. §. 1. 2. 3. de Rit. Nupt. l. 22. C. ad L. Jul. adult. quod est inservire multorum libidini. c. vidua. 16. Dist. 35. cum gl. fac. l. 33. V. S.*
7. Præsumitur autem hoc, quando communiter aliqua frequenter versari solet in cauponis & publicis diversoriis. *l. 43. fac. l. 29. C. ad L. Jul. adult. quod vitium non excusat paupertas. d. l. 43. §. 5. quin potius, quæ id incurrunt, è viciniâ pelluntur, ne probis mulieribus sint exemplo pravo. Schard. Lex. Jur. verb. Meretrix. in fin. cogunturque portare habitum distinctum ab ornamentis honestarum mulierum. Schneid. ad §. injuria. 1. de Injur. n. 26. R. U. zu Augspurg. de Annò 1530. sub rubricâ Von gemeinen und unehrlichen Weibern.* Quod etiam jure civili cautum. *l. 15. §. 15. π. de Inj. ubi Gothofredus hoc receptum fuisse in Rep. Rom. & Græc. deducit, qui videatur. Nam honestæ virgines & matronæ stolâ uteban-*
- 8.
- 9.
- 10.
- 11.
- 12.

bantur, meretrices & mœchæ togâ, hinc describit meretricem *Ovid.*

Cujus nec vittâ pudicos

Attingit crines, nec stola longa pedes.

Et veniunt sub nomine meretricum tam maritalæ, quam 13
solutæ; sed maritalæ simul ac cum Venere pignus ine-
unt cum pudore nomen matrisfamilias deponunt. *Gæd.*
adl. 46. §. 1. de V. S. n. 4. Solebant etiam priscis tempo- 14.
ribus seminudato pectore & sine pedissequa in publicum
prodire, honestæ minus. *Propert.*

Contrâ rejecto quæ libera vadit amictu,

Custodum & nullo septa sumore. &c.

Famam turpium personarum in turpi materiâ, qualis est, 15.
de qua jam locutus sum, nequaquam esse legitimam vult
Carpzov. Prax. Crim. P. 3. Q. 20. n. 26. ubi dicit, licet aga-
tur de adulterio alioque maleficio in lupanari commisso,
famæ tamen à lenonibus & meretricibus ortis haudqua-
quam credendum esse, cui quoad observantiam in hisce
terrīs meritò subscribo, aliàs à generalitate *Const. Car. 25.*
paulo recedendum esse reor, quia Dd. & Magistri ejus-
modi in locis versari non solent, proinque aliâ ex origine
famam descendere vix est possibile, lenones tamen depo-
nentes sine territione vel, re exigente, tormento levi non
audiendos concedo. *arg. l. 21. §. 2. de Test.* Plenè probat 16.
(1.) in factis antiquis, de quibus memoria in contrarium
non extat. *l. 28. de Probat. l. 2. §. 7. de Aq. & aq. plur. Beust. ad*
l. admonendi. n. 1095. Berl. 1. Concl. 26. n. 76. quod principalem
locū sibi vendicat in materiis territorii, Jurisdictionis &
dominiorum. *Knich. de jur. Terr. c. 6. n. 83.* requiritq; tem-
pus centum annorum. *d. l. 28. Beust. d. l. n. 1096.* Aliàs 17.
profectò fama, quò magis accedit ad vetustatem, eò ma-

D

gis

gis recedit à veritate; Hinc *Virgil.* etſi interdum fidem
antiquarum rerum ei tribuat, ut 3. *Æ.* v. 577.

*Fama eſt Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus
Urgeri mole hâc, ingentemque inſuper Ætnam
Impoſitum ruptis flammam expirare caminis,
Et feſſum quoties mutat latus, intremere orbem
Murmure Trinacriam, & cælum ſubtexere fumo.*

Et l. 7. v. 205.

*Atque equidem memini (fama eſt obſcurior annis)
Auruncos ita ferre ſenes & c.*

Eandem tamen ſæpenumero ſuſpectum habet mendi, ut
apertè notat in *Ætnâ*

Hac eſt mendosa vulgata licentia fama.

18. Et proſpecto hæc genuinis antiquarum rerum historiis
multum detraxit, easque aliquando planè alienis depin-
git coloribus, quod facile largietur cui perſpectum eſt,
quomodo ea, quorum memoria in S. Codice extat, Ethni-
19. corum fabulis inquinata ſint; Veruſtas tamen in jure,
noſtro pro vera habetur minuendarum litium cauſa l. 1.
pr. de Aq. & aq. plur. Cujac. 3. O. c. 26. Freh. l. 1. c. 8. de Fam.
20. *per tot.* ubi rem fuſius perſequitur. (2.) In his quæ ſunt
modici præjudicii. *Beuſt. ad d. l. adm. n. 1099.* ſub quibus
n. 1105. comprehendit judicia poſſeſſoria. *Berlich. d. Concl.*
21. *n. 29. n. 86.* (3.) In probanda nobilitate & virtute alicu-
jus *Beuſt. d. l. n. 1095. Berlich. d. Concl. n. 78.* Allegant l. 7.
C. de Poſt. quæ tamen ſalvo tantorum virorum judicio,
mihi videtur agere de diſtributione cauſidicorum, quâ
Prator proſpicere debet, ne aſtutiâ & peritiâ eorum, quos
in foro nobiliſſimos fecit aut meritum aut experientia,
ſeu veruſtas, cauſa periclitentur, quas agunt tyrones & ru-
22. diiores. *jung. l. 1. §. 4. ff. eod.* (4.) In factis in loco longin-
quo.

quo. *Berlich. d. l. n. 77.* (5.) In probanda alicujus morte, 23.
 qui cecidit in acie, aut naufragus fluctibus demersus est.
ib. n. 83. Si enim probatio de visu vel per alium corporis
 sensum concludentem non datur, fama sufficit. *Beust. d. l.*
n. 1107. (6.) In probanda alicujus re suâ abutentis prodi- 24.
 galitate. *Berlich. n. 84. d. l. & Beust. ib. n. 1111. cum seq.* Ex-
 pedit enim Reip. inquirere ne quis re sua male utatur. §.
ult. l. de his qui sui vel al. l. 2. c. cod. (7.) In probanda malâ 25.
 fide se fundantis in præscriptione. *Beust. n. 1117. Berl. n. 85.*
 (8.) In probandis finibus antiquis. *Knich. de Jur. Terr. c. 3. 26.*
n. 81. Berl. all. n. 87. (9.) Ubi versatur publicus favor. (10.) 26. 27.
 Ubi agitur de informatione conscientia. *Berl. all. l. (11.) 28.*
 In probanda consuetudine antiquâ, quam confirmat ob-
 servantia de præsentî. *Freb. l. de Fam. c. 8. n. 11. (12.)* In pun- 29.
 cto pacis ruptæ. *ib. c. 12. n. 12.* Restringe hæc ad causas ci- 30.
 viles non criminales, nisi agatur tantum probandæ juris-
 dictionis causâ, quo passu non tam in causâ criminali,
 quam in puncto Jurisdictionis probat. *Freb. d. l. n. 17.* Et 31.
 hæc sunt in quibus fama plenam facit probationem, quam
 tum judex sequitur in judicando præstat officium boni ju-
 dicis & excusatnr à doli suspicione, ut vult *Freb. l. de Fam.*
c. ult. n. ult. Hujus tota vis & efficacia cum dependeat ab 32.
 auditu, qui cum rebus ipsis commercium non habens ser-
 mone interprete utitur, tantam fiduciam non habet,
 quam oculi, qui, adjuvante luce, totum negotium reipsâ
 percipiunt. Hinc est, quod fama non rarò falsi fictique 33.
 amans & tenacissima sit, ut *Prop. l. 4. cl. 2.* conqueritur:
Mendax fama nocet. Ideoque voluerunt jura eam in cri- 34.
 minalibus nec semiplenè, nec cum uno teste probare.
Beust. l. Adm. n. 1122. In rebus non adeò magni præjudi-
 cii semiplenè tantū, idque præsumtivè. *Freb. l. l. de Fam. c.*

35. 7. n. 5. Dixi in criminalibus nec semiplenè quidem famam nec cum uno teste plenè probare, in quod cōsentit etiam
36. *Ferrar. sub rubr. form. pos. act. §. item quod. n. 10. 11.* Eò quod in iis tantum faciat ad præparatoria non ad decisoria iudicii, & executiones in criminalibus sint irreparabiles. *Meland. Res. Quæst. 2. de Sag. Freb. l. 1. de Fam. c. 12. n. 1. &*
37. *seq.* proindeque reus si in tortura nihil constat neque condemnandus. *Freb. d. l. n. 5.* aliud dic si ipse crimen confessus sit. *ib. n. seq.* Sed propter plus quam semiplenè probatum delictum nec absolvi potest, ideoque jure canonico purgatio imponenda. *c. veniens. 15. x. de Accus.*
39. in quā si deficit, damnatur. Jure autem civili iudex conivendo expectare potest, donec in consimili casu quasi fato aliquid crimen incurrat, aut aliæ probationes in lucem emergant. juxta *Freb. d. l.* Cæterum fama in criminalibus hunc habet effectum, ut in processu inquisitorio locum actoris suppleat. *c. qualiter. 24. x. de Accus. c. cum oporteat. 19. eod. Melander. Res. Quæst. 2. Sag. eaque probatā iudex processum formare potest. Dn. D. Carpzov. Process. A. 1. T. 7. n. 37. 38. Fich. 2. C. 113. Meier. Colleg. Arg. de Accus. n. 20. Wesenb. eod. n. 3. Berlich. 4. Concl. 4. n. 16. Ungep. tit. de*
41. *Accus. n. 25. Treutl. 2. Diss. 31. th. 12.* Ex quibus collige eam inquisitionem præcedere non sequi debere. *Mund. 1. Consil. 14. n. 16. Rosb. Proc. Crim. T. 5. c. 3. n. 6. Dn. Carpz. Prax. Crim. P. 3. Quæst. 120. n. 22.* Etiam si reus nihil opponat de fama non præcedente. *Treutl. vol. 2. Diss. 31. th. 2. lit. d. not. & testibus legitimis probari debere antequam inquiratur, prius enim indicium non facit. Freb. l. 1. de Fam. c. 5.*
42. *n. 1. & c. 11. n. 7.* Quod fit per duos testes rectè concludentes & sufficientem rationem reddentes de proprio auditu *sec. Beust. ad l. admonendi. n. 11. 25. Barth. l. de minore. §.*

re. §. plurium. n. 19. Bl. & alios, quos ille refert. Ferrar. Pract. sub rubr. form. pos. act. §. item quod. n. 8. per generalem regulam l. 12. de Test. in tot enim ore stat omne verbū. Putat Meier. Coll. Arg. de Accus. n. 20. etiam unum testem omni exceptione majorem, quando de visu deponit, sufficere, quod in criminalibus duriusculum est; Ego cum Damb. & Treutl. Vol. 2. Disß. 31. thes. 2. hoc arbitrio judicis committerem, qui æquā mentis lance trutinatis circumstantiis quid consultum sit penes se concipiat. Præcisè antem non est necesse, ut testibus iuramentum deferatur, cum etiā non juratis credatur, si credimus. Freb. 1. de Fam. c. 6. n. 1. contra communem regulam l. 8. de Test. & ea quæ tradit Wurmß l. 8. Tit. 18. O. 9. Accurata tamen quæstio de qualitatibus personarum instituenda, an sit inimicus ejus contrā quem producitur &c. Nam suprà exposita principia maximè sunt attendenda. Vid. Freb. d. l. n. 3. & sequent. Testis autem adeo accuratam naturæ & effectuum famæ scientiam habere non debet, nec etiam si laicus sit absque suspitione subordinationis potest, sufficit eum scire de hoc esse clamorem & consentiens populi testimonium. ib. n. 8. all. Bl. in l. 1. ff. si cert. pet. Alexand. in l. de atate ff. de minor. & conf. 98. fin. Cyn. in l. 2. f. C. de don. ante Nupt. Carpzov. Prax. Crim. P. 3. Q. 120. n. 22. & per verba facti illam exprimere. Barb. d. l. & ib. Purp. n. 26. cum ceteris, quos refert & sequitur Freb. d. l. n. 10. fac. l. 18 D. de Probat. ex quā colligo nihil officere an testis dicat: Sic sentire: Man glaube oder hielt es in gemein also davor. An verò: Sic dici: Man rede davon. Nam facile intelligit, populum quid corde sentiat ore aperuisse. Quod si testis non adjiciat locum, præsumitur vicinia. arg. l. 39. §. 1. de Cond. & Demonstr. & l. 49. §. 3. de Episc. & Cler. ubi Godofr.

- spectatis verò etiam iis, quæ præcesserant, & sequuntur.
l. 134. §. 1. de V. O. l. 50. §. 1. de leg. 1. ex quibus lucem fœnorari
 50. possumus. *Godofr. ibi:* Adjiciat porro testis à plerisque,
 se audivisse, non à multis, civibus, vicinis &c. nam nume-
 rus pluralis majorem populi partem necessariò vix com-
 prehendit, cui duobus sit contentus, propter jura vulga-
 ta ut suprâ exposuimus, debetque ex iis nominare quos
 potest, & adjungere de cœterorum nominibus ad præsens
 se non recordari. *Ferrar. Pract. sub rubr. form. pos. act. §.*
item quod. n. 9. Freh. d. l. n. 31. qui allegat aureum locum Cic.
pro Planc. Non ego si fontem maledicti reperietis aut negligat
 51. *is &c.* Quod si non interrogatus reticuit, valet testimoni-
 um, nec præsumitur ideò famâ originem trahere à perso-
 nis dubiæ fidei; sed adversario, ut hoc probet, incumbit;
 secus est in criminalibus. *Freh. d. l. Carpzov. Prax. Crim.*
 52. *P. 3. Q. 120. num. 22.* Nihil hic officit, si testes diversos ex
 quibus perceperint diversè denominent, quia in materia
 famæ testes etiam singulares probant. *Freh. d. l. ego pu-*
 to testimonium potius robustius fieri, quò enim plures
 53. de hoc loquuntur, è fortior fama. Idem est, si dicat *ab*
omnibus audiri, verbò, omnes, restrictivè sumtò, quomo-
 do accipit *Ulp. in l. 1. §. jus naturale 3. de J. & J. l. 1. de leg. 1.*
§. 3. Inst. eod. §. 1. de Donat. §. 1. I. quib. mod. j. patr. pot. & in
 54. *locis compluribus aliis.* Quod si dicat: *publicè.* Re ab-
 solutè consideratâ non valet; Vnus enim vel se levissimus
 aliquid potest publicè dicere, quod tamen effectus famæ
 non nanciscitur. Nam verbum publicè in jure nostro pro
 eò sumitur, quod fit palâ & in propatulo, ut in *d. l. 1. Appell.*
 55. *l. 4. C. de Summ. Trim. l. 7. C. de Nupt.* Sed cum communis
 loquendi ratio non rarò ita ferat, in diversas abeundum
 partes. Quis enim est, quem lateat nostros, quando di-
 cunt;

cunt; Es werde in der ganzen Stadt öffentlich davon geredet / vel, Es rede die ganze Stadt darvon / hoc ipso veram inuere famam, si verba, ut fas est, accipimus non ut jacent, sed secundum substratam materiam. *Freb. l. 1. de Fam. c. 6. n. 23. & seq. qui ex Br. Immola, Alexand. Dec. Socin. ab hisque Diff. Saliceto* rem latius persequitur. Hoc 56. dubio caret, testimonium maximè claudicare, si dicat, se palàm audiruisse, vel personaliter, Titium ita publicè locutum esse; aliàs utut, testis de fama deponat, verbum öffentlich non incongruè adjicit. An verò testes in circumstantiis 57. facti, & iis, quæ essentiam famæ non ingrediuntur, variant, tantoperè non attenditur, variè enim narrari solet factum ab hominibus. *Freb. d. l. n. 42. & testimonia benignè sunt interpretanda. c. 16. ff. Test. potestque esse, ut utrique vera narrent. His ita peractis* iudex de causa interrogat, *cur populus ita fatur?* ut sciat, quibus ex causis credulitas ei sit induc- 58. ta. *Bl. l. diffamari C. ingen. Man. Br. Conf. 122. Jas. Conf. 167. quos refert, & sequitur Freb. d. 1. & Carpzov. Prax. Crim. P. 3. Q. 120. n. 22.* Advocati sapè articulum de fama ad finem rejiciunt, & adnectunt; Es sey 59. alles/was in vorhergehenden articulo geschehet/ in jedermans Munde; quando igitur præmissis partim negatis, partim affirmatis articulum hunc asserit testis, alii ad omnia referunt, alii restringunt ad affirmata, & certè hoc admodum disputabile est; ego, si meum iudicium aliquod est, 60. æquè ad omnia referrem; etsi enim hæc vel illa, ut, puta, quando de visu deposuerunt, ipse non cognoverit oculis, aut quippiam non observaverit quod continet articulus præmissus, non ideo video cur sequatur, ergo nec ad eam perlatum est, per famam publicam. Magnopè 61. rē tamen arridet consilium Speculatoris, quod etiam pro-

probat Freherus, testem iteratò ad deponendum à commissariò requirendum & solertià ejus procurandum, ut antequam cum parte colloquatur sua dicta explicet, quod ita per usum in forum introductum observat. *Freb. d. l. n.*

62. 49. Cæterum judex non præcisè adstringitur ad fidem horum testium, sed pro suo arbitrio alias probationes intendere potest *arg. l. 3. §. 3. Test.* Legitimè itaque famâ probatâ, judex progressum facit ad præparatoria judicii. *c. 6. c. 25. c. 218. P. H. D.* & ejus vigore inquisitionem instituit, reò, ne pedibus salutem quærat, & elabatur, custodiæ carceris immisso, *Mund. 1. Consil. 14. n. 19. 52.*
64. Ad torturam tamen procedere non potest. *Trentl. vol. 2. Diss. 31. th. 5. l. f. c. 6. P. H. D.* Non obstante quod semiple-na probatio sufficiens ad torturam indicium sit, propter clarum textum Nemesis Carolinæ *art. 30.* & crudelitas nonnullorum inquirentium ob quævis levia indicia tormenta exerceat; Manifestissima enim indicia contrâ inquisitum esse debent, etiam in puncto læsæ Majestatis *l. 3.*
66. *C. ad L. Jul. Majest.* Nota hic in civilibus tormenta per quam rarissimè adhibenda. *arg. l. 9. Quest.* Etenim absurdum est modum probandi plus atrocitatis habere, quam ipsam vindictam seu pœnam, quæ forsan pecuniaria est, & tantum gravitatis non habet, quam vel unus fustium ictus. *l. 10. §. 2. Pœn. f.*
67. Aliud est in fama vestita, cum quâ concurrunt alia indicia & conjecturæ, quæ corroborant probationem, ut si cum famâ concurrat testis, aut etiam inquisitus sit homo vilis & infimæ sortis. *Not.*
68. *schûtz Process. Jur. P. 2. art. 11. n. 30. 31.* Cum enim fama tantum vices actoris sustineat, utique veritas deinde diligentius perscrutanda & probationes pro actore producendæ *c. qualiter 24. x. Accusf.* quod ita obtinet in fama nuda,

nuda, cujus fragilitatem & epirheta vid. apud *Mund. i. c. c.*
fil. 24. n. 84. & seq. Aliud porro est, si reus alias de ejus- 73.
modi genere delicti male audiat, quo pacto duæ famæ
concurrentes reum tormentis omnino exponunt *Xof-*
schus d. l. nam semel malus semper præsumitur talis; Aut 74.
accedat fuga rei ex *Barth. l. fin. d. quest. Xofsbach Proc. Crim.*
T. 5. c. 7. n. 1. Etenim suspectus suâ sententia factus est,
qui fugit. *l. 7. §. 2. de susp. tut. & bona ejus constituta sunt*
in bonis damnatorum l. 28. §. 1. de Bon. libert. Hinc est, quod
olim voluntariè in exitium exeuntibus aquâ & igni in-
terdicebatur, bonorum publicatione subsequente *Godof-*
fred. all. l. Fuga an & quomodo sola ad torturam indi- 75.
cium faciat tractare hujus loci non est, vide discurrentes
ex *Dd. Br. Dec. & aliis Fichard. i. C. 1. n. 14. eundem ex Jaf.*
Conf. 69. n. 12. Em. Xofsb. all. l. n. 2. 3. 4. & seq. Hoc extrâ 76.
dubitationis aleam positum est, propter fugam solam, ni-
si liquidè constat reum impulsu morsu conscientie fu-
isse, torquendum non esse. Utrumque enim jus negat
à tormentis incipiendum *c. d. x. d. R. f. i. l. i. pr. d. quest.* Con- 77.
stare oportet prius de delicto, deinde accuratè viden-
dum, num hujus nomine, quis torturæ subjiçendus,
numque aliter veritas erui possit, quippe in cujus pro-
bandæ subsidium introducta est. *Godofr. all. l. adde ex d. l.*
§. 33. quam fragilis & periculosa res tortura sit. Cætera 78.
famæ vestimenta relicta sunt officio judicis, hæc pagina
omnes non capit, nec tractare instituti ratio admittit,
melius lector videbit in cotidiana practica. Cum fama 79.
vestita coincidit vehemens, cum nuda simplex, cæteræ
famæ divisiones ex præmissis apparent, facile enim intel-
ligis, quæ ad rem, quæ ad personam referatur; quæ spu-
ria, quæ legitima sit, ex illis habes, quæ de requisitis famæ

E

re-

30. retulimus. Hoc nota; famam spuriam propriè dici, cujus non scitur origo, quæ pro futili clamore habetur, & vana est, nisi probetur per aliquot testes, quod *sec. Br. Felin Alex. statuit Freb. l. 1. Fam. c. 3. num. 7.* ego hoc notorium dicerem.

SECTIO ULTIMA.

- §. 1. Certè famæ nihil tam contrariari, quam silentium. Cõtrarium
& cognata. ecquis non videt. Cognata sunt notorium, communis Do-
ctorum opinio, rumor, qui est fama illegitima & legiti-
2. matur per famæ requisita; Comm. Dd. opinio quomodo
3. conveniat cum fama, & ab eà discrepet. vid. apud *Freb. d. Fam. c. ult. per tot.* palmarium est in quæstionibus juris id esse communè Dd. opinionè, quod in quæstionibus facti
4. fama est. *v. sup. th. 22. Sect. 1.* Cæterum remedium gliscen- tem famam opprimendi & impediendi adnectere operæ
5. pretium est. Certè utut naturæ famæ infitum sit suppri- mendo augeri. *Tac. l. 1. H. c. 17.* præcipuumque ei præ- beant alimentum, qui sermones populi coërceant. *Id. l. 2. H. c. 96.* effectus tamen ejus restringi & omne periculum ex iis emergens caveri potest ex *L. diffamari Cod. de Ingen.*
6. *Man.* Quæ est everriculum omnium injuriarum & men- daciorum, & cohibet, coërcet, subprimit, quæ in futu- rum alicujus detrimentum divulgantur, tanquam bono- rum perfugium ac portus, adversus quoscunque impro- bos diffamatores telum. *Dn. Richter. Decis. 100. num. 11.*
7. Simul ac enim diffamatus sentit, ab aliquo ex pravo quo- dam affectu dilacerari famam suam, factâ commemora- tione vitiorum, *Das man ihn verleumbde / und an seinem Ehren und Leu-Nuth beleidige /* prout reddit *Schard. Lex. Jur. verb. diffamari;* simul ac, inquam, hoc sentit, sibi pro-

prospicere, & rectè consulere potest ne famà indies latius
 sparsà, majori exponatur periculo confugiendo ad reme-
 dium. *d. l. Pingiz. Quæst. Sax. 23. num. 5.* Quod num fieri
 8. debeat coram iudice diffamantis, an verò diffamati,
 quisque loco actoris, quis loco rei sit, valdè controver-
 sum est, apud Dd. *Freb. l. i. Fam. c. 17. num. 5.* hoc relinquit
 arbitrio diffamati, consentit. *Mund. 1. C. 12. n. 148. Andr.*
 9. *Gail.* quod diffamans in causà principali actoris partes
 invitus sustinere cogitur, vult fieri debere coram iudice
 diffamati. *l. i. O. 9. num. 3.* Qui ex ejus sententia diffama-
 torem eò necessitatis redigere potest, ut tanquam actor
 compareat, & sub impositione silentii rationes diffama-
 tionis reddat. *d. l.* contrà communem regulam: quia,
 tacitè diffamando se adagendum arctat, & ad iudicium
 quasi provocat. *n. 4. 5. & l. 2. d. P. P. c. 12. n. 27. Mund. 1. C. 12.*
num. 145. vide pro & contrà hoc proponentem *Mod. Pijst. 4.*
Q. 178. à num. 1. ad n. qui tandem concludit, Studentes
 ex L. diffamari agentes loco actoris non esse habendos, &
 pro hac opinione ipse concepit sententiam. Stat à par-
 10. tibus horum non minus *Dn. Carpz. Proc. Jud. T. 20. A. 3.*
num. 8. ubi ex allegato loco Gailii infert, eò quod diffamando prius litem diffamator moverit, omninò loco
 actoris esse, diffamatum officium iudicis implorare, ut ad
 agendum cogatur diffamans, qui idèò exceptioni ex-
 communicationis non sit obnoxius. *Gail d. l. n. 7. Fich. 2.*
Conf. 147. num. 7. qui dicit hanc esse communem Dd. opi-
 nionem, nec teneatur Gaurandam præstare. *Pistor. all. l.*
n. 10. His contrariatur non levibus rationibus. *Dn. Pre-*
 11. *ceptor D. Richter. Decis. 100. n. 5.* qui in contrarium allegat
 ipsum Gailium distinguendo inter iudicium actionis &
 diffamationis, in hoc, qui actor fuit. *Mund. 1. Consil. 1.*

- num. 130. in illo reus efficitur, quod ita in camerâ observari. vid. ap. *Gail. 1. O. 11. num. 3. 6. 2. P. P. c. 12. num. 27.*
12. Hoc enim immota veritatis est, eum actorem esse, qui prius ad iudicium provocat. *fn. l. 13. d. jud. agereque qui prior appellat l. 29. eod. c. 10. v. accusator. d. V. S. Eichard. 2. C. 147. n. 1.* non obstante diffamantem tacite ad iudicium prius provocasse & per diffamati implorationem iudicis actorem esse effectum, quippe hoc cum *all. Dn. D. Richter* non credo, cum in diffamantis arbitrio positum sit, an comparere & agere velit, *Gail. 1. O. 9. n. 6. 2. d. P. P. c. 12. n. 6. vid. all. Dn. D. Richter / latè contra Carpz.* quod actoris esse non videtur, velim advocati probe attenderent observantiam fori, nam aliud obtinet in Electoratu, aliud in Ducatibus Saxoniarum. Hoc omnes largiuntur coram iudice diffamati actionem instituendam. *Dn. Præceptor D. Richter / d. l. n. 9. & 52. Gail. 1. O. 9. n. 3. Eich. 2. C. 147. n. 1.*
14. Quod si status Imperii sit coram Camerâ Spirensi, etiam si speciali jure alias sit exemptus. *Dn. D. Richter / num. 17. d. l.* Non obstante *P. 2. Ord. Cam. art. 25.* ad quam Respondet
15. *all. l. & Gail. d. O. 9. n. 12.* Quo facto iudex post quandam causâ cognitionem *durch schriftliche oder andere Urkunden / Gail. 1. O. 10. n. 7. Carpz. Proc. T. 20. A. 3. n. 11 & seq.* citat diffamantem *P. 2. Ord. Cam. T. 25. Eich. 2. C. 147. n. 2.* ut aut agat aut silentium ei imponatur. *Mund. 1. consil. 147.*
16. *Richter / all. l.* qui si ad primam citationem se non sinit, citatio iteranda. *Freb. d. l. num. 6. cum Boero, Bl. & aliis,* quos ibi refert & sequitur, hocque ita in Camerâ observari habet *Gail. 1. O. 12. num. 4. Dn. D. Richter d. l. num. 65.* qui pro suo more non minus sententiam suam variis responsis fulcit. *Dn. D. Carpzov. Pr. T. 20. Art. 3. num. 27.* annectit etiam tertiam cum comminatione, *dass in Drey*
Wet.

bleibung dessen er nicht solle gehöret/sondern ein ewig Still-
 schweigen aufserleget werde/ *ib. n. 1. quod rectè concedit* 17.
Dn. Præceptor D. Richter / nisi statim primæ citationi in-
 ferta fuit comminatio. *n. 74.* Formam citationis vide 18.
ap. Fich. d. l. n. 4. ubi etiam annotat ex *d. Boër. & Bl. in l.*
sed etsi per prætor. s. ait Prætor. Ex. q. c. maj. terminum ad a-
 gendum ex L. diffamari præfixum brevem esse non debe-
 re. *n. 5.* quod si factum est, nec exceptione paupertatis ob- 19.
 jectâ, spacium protelandæ actionis indulgetur. *M. Pist. P.*
4. Q. 179. n. 52. sed si contumax ad terminos peremptorios 20.
 non apparet, silentium imponitur. *Dn. D. Richter/n. 72.*
 iteranti pertinaciter diffamationem, quod in injuriam
 degenerat, etiam alias poenas, ut mulctam, carcerem &c.
 adjudicat *Mund. n. 175. 176.* Silentium etiam imponitur 21.
 dif. manti, quando procurat, ne sibi possit insinuari cita-
 tio. *Pist. P. 4. Q. 179. n. 17. Freb. 2. de Fam. 17. n. 5.* quod ita
 est, si contumax fuit diffamator, ejusque contumacia ac-
 cusata, quod si factum non est, etiam post terminum agit.
Dn. Richter/n. 76. Comparente & negante diffamatore, 22.
 probatio incumbit diffamato. *arg. l. 88. s. 1. d. Probat. l. 75.*
d. Jud. animus enim delinquendi non præsumitur. Gail. 2.
O. 110. n. 4. 5. & quisque bonus præsumitur donec contrari-
 um probatur. *Dn. Richter/n. 80. c. fin. d. Prob. f.* Quomodo 23.
 ulterius procedatur *vid. Dn. Præceptorem D. Richter. Car-*
pov. cum Pist. all. ll. nec minus Blarerum, Germanum &
Cesarem, Contardum Genuensem &c. os celeberrimos, in com-
mentariis & repetitionibus ad l. k. quos lector consulat; 24.
Cui loco coronidis aurem vellico illo, quod dicitur in l. 1. C.
quand. lic. unic. fin. jud. Melius esse in tempore occurrere,
quam vulneratâ causâ remedium querere; Si enim in- 25.
 dictio diffamatorio, probata diffamatione eò redegit dif-

26. famantem, ut in causâ principali invitus actoris partes
sustinere teneatur, quid quæso favoris habet? quid, quæ-
so, odii, si famâ latius sparsâ, apud quoscunque male au-
diat. Interim vale, benevole Lector, & primitias has, quas
Themidi in Cathedrâ offero, boni consule, condona, si
quando, ex lapsu vel iudicii, vel juventutis, dormitavi,
i præ, sequar docentem meliora.

*Portus adest, cupide terræ fert oscula navis,
Illicet, exacto, mea contraho vela, labore.*

LAUS DEO.

COROLLARIA

1. Miles, etiamsi mittens non addat ignominia causâ se mitte-
re, nihilominus ignominia causâ missus præsumitur l. 13.
§. 3. de R. M.
2. Miles, nisi mittens addat nominatim ignominia causâ se
mittere, ignominia causâ missus non præsumitur. l. 2. §.
2. de his qui not. inf.
3. Carnifices non sunt infames.
4. Multo minus eorum cognati & qui cum iis conversantur vel
commercium habent.
5. Carnifices non sunt integri fame.
6. Idem dictum esto de Liëtoribus.
7. Sed quid dicendum de illis, qui ducunt ab aliis impregnatas,
vel qui torturam sustinuerunt confessi nihil?
8. Testimonium de Famâ & testimonium de auditu differunt-
ne? Immane quantum.
9. Causa originis fame, & causa, ex quibus orta est, in quo-
nam differunt? In nullo.

Immor-

Immortalis eris fama super æthera notus
Si perges tanto Themis evigilare labore.
Expedit hos grandire gradus ad templa Themistos.
Nam poteris summo juris mox fulgere honore.

Per Eximio Dn. Autori animitus gratulat.

Johann-Volk. Bechmann/D. & Præses.

PEREXIMIO

EULENHAUPTIO,
de egregiis in studio juridico
progressibus gratulatur,
iisdem adclamans

FELICITER,

GUERNERUS ROLFINCIUS, D. & P.

EULNHEUPTI in penito quæ Juridicina recessu
occultat, clarâ luce videnda locas.
Gratulor ex animo, cedat victoria fausto
auspicio, & meritis digna brabeia ferat.

Utm tu dilectos inter memorande sodales,
De FAMA Themidos differis è cathedra,
Grator, & æthereum, nî fallor amice, sub axem
Hæc, de queis loqueris, FAMA loquetur anus.
Perge ita: *Qui FAMAM cumunt, non deserit equa.*

FAMA, sed ad superos evehit usque polos.

Hæc pauca in honorem Clariss. Dn. Respondentis, authoris Disputationis longè dignissimi, Fautoris & Amici sui Certissimi apponere voluit gratulabundus

M. Herman Grube, Lub.

Wird Altræus Ruhm von keiner Zeit verlehret?
Ein Aristides siegt des tollen Pöfels Bahn
Verdiener wenig Lob; es steht Papinian
Ob Caracalla gleich das Beyl auff ihn gewer.

De.

Die Seulen so ihm hat bey Gades aufgesetzt
Alcmenen tapffrer Sohn/verhindern nicht die Bahn
Weil er noch weiter flucht; die Fama trägt die Fahn
So wird Altraens Ruhm in Demant eingekert.
Drum/weiß/hochwerther Freund/dein rechtergebner Fleiß
Altraens Ruhm vermehret/ wird billich dir der Preis
Den du verdienst/ertheilt. Du lehrst was das Gerüchte
In den Gesezen sey; durch was es kan bestehn;
Und wie durch Laster Schuld es wieder kan vergehn;
Ich wünschete daß sich dir der Fama Gunst verpflichte.
Seinem Brüderlichen sehr werth-vertrauten Freunde
setzte dieses

Christianus Laurentius.

S Trenuus haut didicit fortisque quiescere miles,
Nec nimiumque diu valet abditus urbibus esse,
Sed mage tempestas etiam quaecumque resistat,
Excurrit sequiturque suum per saxa, per ignes
Hostem, nec datur ulla quies, dum vicerit illum.
Hoc animoque TIBI fixum immotumque sedere
Sat monstrare queunt pulchri hi doctique labores.
Apprecor ergo TIBI, ut, velut olim, fortiter hostes,
Jam quoque defendas, & vincas fortiter, utque
FAMA Tuas laudes & nomen nunciet orbi.

J. M.

Q Vi doctè FAMAM, juris perstrenue CULTOR
Tractas: ab hinc ut hactenus
Si juris studio insistas, Tibi nulla negabunt
Sudor, laborq., premia.
Fac magnos adipiscaris genitoris honores,
Lumenq., fias Patria:
Hoc precor ex animo: precor, ut volitet TUA FAMA
Per ora magnorum virum

Properante calamo, sed non properante affectu Contuber-
nali atque Consalino suo apposuit

Antonius Curtius, Kyricensis March.

F I N I S.

Ka 3047.

X2614847

W. H.





S.D.F.F. Q.E.7.
EXERCITIUM ACADEMICUM

ex indultu

Magnifici JEtorum Ordinis in Alma Jenensi,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI
ATQUE EXCELLENTISSIMI

DN. JOH. VOLK. *Beßmanns*/

JCti & Antecessoris in hac Salanâ Celebratissimi, Consilarii Saxonici Gravissimi, Curiae Provincia-
lis, Scabinatus, Facultatis Juridicæ Assessoris Meritissimi, & h.t. De-
cani spectabilis. Domini Præceptoris, Promotoris ac Patroni sui nullo
non filiali amore & honore submisit colendi & ata-
tè prosequendi,

EXHIBENS

DISCURSUM JURIDICUM

ad l. 3. §. 2. de Test.

DE

F A M A,

quem publicæ Eruditorum disquisitioni &
censuræ proponit

Heinrich Günther Eulen-Haupt/

Salisâ-Thuringus, Autor.

In Auditorio JEtorum.

add. Decembr. Anno M. DC. LXIV.

JENÆ.

in TYPOGRAPHEO JOHANNIS NISII.